



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Anglicani n. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

expuncta, Catholicam fidem expunctam iri. *Ac proinde librum, quem ille in hanc edidit, contra Theologiam Iesuitarum inscripfit, sic referente Kemnitio apud P. Gueuara Tom. 1. in Matth. cap. 1. v. 1. obser. 16. num. 14.*

Inuentus
instituta
disciplina
à Iesuitis
reuocata.

Eorum so-
lertia in
doctrina
excolenda,
& moribus
informandis.

Cum illis,
tormentis,
non argu-
mentis cer-
tandum.

Vbi ipsi de-
gunt hære-
sis stare
nequit.

Hæreticorū
cum Iesuitis
odium im-
placabile.

Religio Ca-
tholica, iam
Romana, iā
Iesuitica
vocat.

Pro malefi-
cij benefici-
cia repen-
dunt Ie-
suitæ.

Sine illis
nihil Rex
Hispaniæ
attentaret.

4. A FRANCISCO VERVLANO *Angliæ Cancellario agente de Institutione iuuentutis*: Quæ (inquit) nobilissima pars priscae disciplinæ reuocata est aliquatenus quasi postliminio in Iesuitarum Collegijs: quorum cum intueor industriam, solertiamque tam in doctrina excolenda, quàm moribus informandis, illud occurrit Agesilai de Pharnabazo: Talis cum sis, vtinam noster esses. *Ita ille apud Imag. Societ. sup. fol. 681.*

5. AB ANGLICANIS, *Quorum argumentationes tam facile Maldonatus noster in quodam cum Hæreticis congressu, dissoluit, vt earum futilitatem ipsi cognoscerent, cogerenturque asserere*: Cum Iesuitis in posterum tormentis potius certandum, quàm argumentis. *Ibid. lib. 3. cap. 3. fol. 341.*

6. A CALVINO-BATAVIS: *Qui asserbant, stantibus in Belgio Iesuitis stare non posse Hæresim, ne dum dominari. Idemque rursus profitebantur, Malle se quotquot Belgium habebat Hispanos, quàm bis senos dumtaxat Iesuitas. Ingens Iesuitarum commendatio, & gloriosa, cui Batauicæ gentis odia in Hispanos non ignota: plusquam Vatiniæ sunt. Tandem quod maxime Societati honorificum, idem Hæretici Religionem Catholicam, sæpe quidem Romanam, sæpius tamen Iesuiticam appellant. Probrum nobis dicere se putant, & præconium dicunt. Ita Ibidem lib. 6. fol. 890.*

7. A LIBERIO WIGART. *Asserente, Homines Societatis suorum inimicorum amatores adeo, vt beneficia pro maleficijs rependant. Sic in Annalib. Societ. ann. 1604. fol. 648.*

8. * AB ELISABETHÂ *Angliæ Regina, Catholicæ Religionis immani peste, crudelique Societatis aduersaria. Videtur (asserbat illa) quod sine Iesuitis Rex Hispaniæ nihil hoc tempore atten-*